



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Verus Ecclesiasticus Vocationem suam cognoscendi Avidus, Eidemqve Correspondendi Studiosus

Mansi, Giuseppe

Francofurti ad Mœnum, 1693

Cap. VIII. Quanta charitate Ecclesiastici suis proximis, in rerum
temporalium penuria constitutis, debeant subvenire

urn:nbn:de:hbz:466:1-38106

erit erga suos, sed gratus ac benevolus, hoc
que nobis sit semper persuasissimum, ac pro
oculis, quod Blesensis monet: *Nunquam pa-*
perum, nunquam Ecclesie spolia, prostrern
habuerunt eventus auspiciam.

Caput Octavum.

Quanta Charitate Ecclesiastici suis pro-
ximis, in rerum temporalium pe-
nuria constitutis, debeant
subvenire?

CHristus Dominus noster, dum Eccle-
siam suam fundare inciperet, statim
luit, ut in mundo compareret magna illu-
mina, de qua Psalmista scribit: *Astitit Reg-*
na à dextris tuis in vestitu deaurato circum-
data varietate, hacque mediante, optime
disposuit in illa ordinem Hierarchicum,
licet ex conditione nascendi homines
valde inæquales in bonis, ac terrena suble-
tia, nihilominus æquales redderentur
Charitatis subventionem, ac levamen,
ut confirmat dictum Apostoli: *2. Cor. 8. 12.*
qui multum non abundavit, & qui modicum
cum non minoravit. Ideo Salvator
cinus suæ morti ac passioni, volens re-
quæ

quere Ecclesie quasi certum aliquod patri-
monium, dixit collegio Apostolico: *Pauperes
semper habitis vobiscum*; & de illis tanquam
de hereditate pretiosa semper fuit sollicitudo
talis, ita ut, prout scribit S. Lucas, in tanta cre-
dentium multitudine, provida Apostolorum
charitas tam prudenter, ac dexterè operata
fuerit, ut, *nec quisquam egens erat inter illos*;
Act. 4. v. 34. illiusq; copiosæ collectæ, quã primi
eredentes fecerant Antiochiæ, ad subvenien-
dum Palæstinæ pauperibus, fame oppressis, nõ
alii fuerunt executores, & bajuli, quam SS.
Paulus & Barnabas, existimantes propriũ esse
Ecclesiasticorum eleemosynis sese impendere,
ideoque functionem hanc nulli alteri delega-
re voverunt; hicque pius usus longo tem-
pore in Ecclesia duravit, ut omni Dominica
fierent collectæ, quem S. Joannes Chryosto-
mus suo tempore Constantinopoli, iterum ad
praxim reducere satigit.

Posteri omnes, qui in gradu ac officio suc-
cesserunt S. Apostolis, edocti fuerunt, quibus
visceribus deberet esse plenus is, qui Clericali
ac Ecclesiasticæ militiæ adscriberetur, dum eo
ipso destinaretur ad serviendum mensæ, & ut
foret fidelis dispensator mensæ pauperum, de
quibus dicit S. Paulinus: *Ep. 38. Cavere debemus,
ne damnum anima, & dispendium salutis adea-*
mus,

mus, negligentes in Ecclesia positam à Domino mensam indigentibus; de qua loquitur Justinus Martyr, Orat. ad Ant. Pium. modum describit in distributione observari solitum. Quod ita colligitur, ad Præpositum deponitur atque ille inde opitulatur viduis, & his, qui propter morbum, vel aliam aliquam causam egent, qui in vinculis sunt, & peregrè venientibus hospitibus, & (ut simpliciter dicam) omnium indigentium curator est. Cunctis Ecclesiasticis, tanquam tutoribus, ac curatoribus pauperum, hanc reliquit monitionem S. Urbanus Papa: Res Ecclesiæ, non quasi propria, sed ut communes, & Domino oblata, cum summo timore, non in alios, quam in præfatum usus, sunt fideliter dispensanda: dans omnibus Ecclesiæ redditibus eundem titulū quem iisdem quoque dedit Concilium secundū Cabillonense, Ap. Bin. Tom. 1. Conc. quia vota sancti fidelium, & prætia peccatorum, ac patrimonia pauperum, atque ad prædictum explendum Domino tradita; in eademque quoque Constitutione videtur origo mutationis collectionum faciendarum, in donationes fundorum, aliorumque stabilium pro Ecclesiarum utilitate ac conservatione, & pauperum sustentatione ac sublevamine; hinc Concilium Meldense Anno 845. celebratum, vehementer

insurgit in illos, qui bonis, ac proventibus
Ecclesiarum: *In perniciem sui, & sine réve-*
rentia abutuntur. Titulus ille, quem, ut
dixi, hujusmodi donationibus attribuit Ter-
tullianus, c. 3. ap. illas vocans, *deposita pie-*
tatis, cum magna prudentia ac reflexione
illis datus fuit, ut certi essemus illas habere na-
tuam depositorum, & consequenter tractan-
das ac regulandas esse juxta normam legum
civilium, l. licet. de depositis. per quas caveretur,
ac ordinatur super illa non acquiri domini-
um, proindeque illis uti non possumus pro
nostro libitu ac arbitrio, sed illa reservanda,
aut exponenda sunt pauperibus, juxta exi-
gentiam, mentem, ac voluntatem patrono-
rum. Præclara de hac re dederunt exempla,
in veteri lege in Onia summo sacerdote, in
nova autem in sancto Ambrosio, ac in Ec-
clesia Papiensi, prout narrat ipsemet S. Am-
brosius in lib. 2. officiorum cap. 29. ubi gra-
vi admonitione Clericos suos adhortatur:
Servanda est, filii, depositis fides: similibusque
diligentia memores reddit Ecclesiasticos,
Concilium Aurelianense, an. 511. ita statu-
ens: *Id esse justissimum desinimus, ut responso-*
nibus Ecclesiarum, alimoniis sacerdotum, &
pauperum, vel redemptionibus captivorum,
quidquid Deus in fructibus dare dignatus fue-
rit,

rit, expendatur. Cui piæ menti ac intentione
 quam graviter contraveniret Ecclesiastico
 ille, qui negligens adimplere dispositione
 adeo charitativam, non haberet semper
 mente illud, quod ei suggeritur à Concilio
 Anglicano sub Cuthberto Archi-Episcopo
 Conturbienſi: *A. 747. ap. ſp. l. man. Tom. 1. Pre-*
byteri indefinenter reminiscantur, ad quod die-
na ordinatione præ cæteris promoti ſint; quod
videlicet miniſtri, & diſpenſatores myſteriorum
Dei vocantur, & tunc queritur inter diſpen-
ſatores, ut fidelis quis inveniatur.

Nolo ego hic diſputare, aut in controver-

fiam trahere, An Eccleſiaſtici ſint Patroni, an
 meri tantum Diſpenſatores bonorum Eccleſie
 & utrum, ſi illa inutiliter expendant, aut diſ-

pendent, ex juſtitia teneantur ad reſtitutionem
 ſiquidem, qui fundamentalem hujus Quo-

ſtionis deſiderat videre reſolutionem, ad eum
 legatque Controverſiam trecenteſimum
 quam doctiſſimo ſuo volumini inferuit Eſ-

ſentiffimus Cardinalis Capifucchus, in
Thom. ſelect. Pag. 975. uſq. ad 1033. ubi auctoritate
 Sanctorum Patrum, Conciliorum ſacrorum,
 Divi Thomæ, ipſaſque ratione, cognoſcere po-

terit Eccleſiaſticus, quæ, qualisque ſit ipſius
 obligatio, in adminiſtratione reddituum Ec-

cleſiæ, quantumque committat reatum, illo

dissipando in extraneos parumque conveni-
entes usus.

Scio bene, quod S. Augustinus, sicuti in vi-
ta ipsius narrat Possidonius, *cap. ult.* semper
habuerit in ore istā sententiam: *Non est Episco-
pi servare aurum, & revocare à se mendicantes.*

Insuper S. Mater Ecclesia, tanquam provi-
da mater, administratorum suorum refrœnan-
dam cupiditatem, iis, qui in debita sua defe-
cissent fidelitate, dilapidassent, malevè admi-
nistrassent commissa sibi bona, variis in conci-
liis, diversas, ac rigorosas distavit pœnas pro-
ut in Antiocheno cap. 25. & in pluribus aliis
canonibus, ab eodem Capisuccho relatis: Si-
mulq; præcipitur, ac ordinatur, ut Ecclesiastici
semper habeant comensales pauperes, in con-
cilio Remensi II. Turonensi III. ac in Aquil-
granensi II. Vivum, practicūq; hujus rei in
diebus nostris vidimus exemplum, in persona
Eminentissima Francisci Mariæ Tarugi, *in ad-
dit. vit. s. Phil.* Archiepiscopi Avenionensis, ac
deinde S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, qui
tam sanctè, tam religiose, mandata illa, ac de-
creta Apostolica observavit, ut singulis die-
bus centum aleret pauperes, & sæpius diebus
festis ducentos, imitator in hoc S. Martyris
Thomæ Cantuariensis, ac Adriani I. summi
Pontificis, qui omni die de alimentis, centum
paupe-

pauperibus in Laterano congregatis, provide-
 bat, præter innumerabiles elemosynas, quæ
 quotidie erogabat: Similiter etiam in concilio
 secundo Lugdunensi præcipitur Episcopis,
 ut de victu & amictu provideant pauperibus
 leprosis; & in Francofurtensi Prælati ac Pres-
 byteris Orphanorū cura fuit demandata, quæ
 in re plurimi antecedentes summi Pontifices
 præclarissima dederūt: specimina ac exempla
 De S. Paulo Primo, dicit Anastasius, quod
 æterno tempore solitus fuit: portare ad
 pauperum ac infirmorū abundantem pro-
 visionē, ac congruens sublevamen: eandem
 exhibuit charitatē pauperibus incarceratis,
 vendendo eorum debita, illosq; custodiæ vinculis
 liberans; desolatas viduas, miseriosq; orphanos
 adjuvabat, habebaturq; Pater communis, ac
 niversalis pauperum. Iterum in aliis concilio
 mandatur Episcopis, ut pauperum sint defen-
 sores contra injurias divitū, ac potentum, qui
 illos suis in necessitatibus sublevent ac
 rriis; ita enim definitum habetur in sexto
 concilio Arelatensi, & altero Moguntino. Pa-
 pius I. summus Pontifex, utebatur pro
 tio pauperum opera Sebaudi Episcopi Arela-
 tensis, ut pannis textis in Francia, de vestibus
 provideret pauperibus Romæ existentibus,
 enim scribebat: *Ep. 4. Tom. 2. Conc. Gal. ap. Sirm.*
 Hort.
 Patr.
 pensio
 est, an
 digne
 est, ut
 paup
 cucul
 vinci
 ri deb
 paup
 prov
 legim
 & ver
 pum
 Fast. s.
 Anast
 tatis v
 sū, la
 ut me
 tuplic
 grana
 & S.
 pra m
 S. Pa
 Hilar
 habeb
 giam i

Hortamur, ut viro magnificentissimo filio nostro
 Parratio Placido genitori tuo dicas, ut quod de
 pensionibus possessionum Ecclesia nostra coll. etū
 est, aut per suum hominem, aut per harum nobis
 dignetur dirigere portitorem &c. Et si possibile
 est, ut nobis de ipsis solidis saga tomentaria, qua
 pauperibus erogari possint, Et tunicas albas, aut
 cucullas vel colobias, aut si qua alia species in pro-
 vincia sunt, qua pauperibus, ut diximus, eroga-
 ri debeant. S. Nicolaus I. omnes totius urbis
 pauperes descriptos habebat, iisque quotidie
 providebat de necessariis; Baron. an. 757. simile
 legimus practicasse S. Gregorium, S. Pium V.
 & venerabilem Nicolaum Forteguerra, Episco-
 pum Aleriensem, sacri ordinis Prædicatorum,
Fast. sen. De Adriano II. summo Pontifice narrat
 Anastasius, adeo profusa ipsū habuisse chari-
 tatis viscera erga pauperes, adeoque propen-
 sū, largumq; in erogandis eleēmosynis fuisse,
 ut merito Deus in manibus ipsius numos mul-
 tiplicaverit, sicuti alias auxerat frumenta in
 granariis S. Ulrici Episcopi Ratemburgensis,
 & S. Thomæ Archi-Episcopi Valentini; Su-
 pra memoratus Anastasius refert quoque de
 S. Palchale I. summo Pontifice hæc notabilia:
*Hilariter, in eleēmosynis pauperum, omnia qua
 habebat, distribuens: in seipso adimplens egre-
 giam illam S. Ambrosii admonitionem; Lib. 1.*
 offic.

offic. cap. 30. Neq; enim propter ea te Dominus
 casti, ut tuos divites facias, sed ut vitam tibi
 perpetuam fructu boni operis, & pretio miseran-
 nis peccata redimas tua. Sed quia hujusmodi
 ordinationes sæpissimè ab Ecclesiasticis par-
 curantur, & ideo eas ipsi transgrediuntur,
 hinc observat Card. Baronius eandem à con-
 cilio III. Carthaginensi severissimè esse re-
 titas ac renovatas, scribens: can. 49. Ann. 397.
 Memoria quidem dignum illud à Patribus
 sancitum est, ut quæ Episcopus, vel quis Clericus
 ex paupere ditior factus, emisset ex bonis Eccle-
 sia, eadem Ecclesia cederent, nec illa in quemlibet
 quovis titulo transferendi ei facultas esset. Cuius
 enim redditæ pace Ecclesia ubiq; bonis affluens
 complures ex iis, qui eidem ministrabant, pau-
 tem convertentes in quæstum, tepescere in
 sanctitatis vitæ studio, vel cura pauperum
 gescere, colligendi divitias tantummodo arde-
 flagrabant.

Ex viva hujus obligationis apprehensione
 singulare in pluribus Sanctis crevit desiderium
 ac appetitus, proprias etiam distrahebiles
 cultates, ut illi satisfacerent, & quidem
 tum effecit in sancto Gregorio Nazianzeno
 ut proprios suos vendiderit libros ad succu-
 rendum pauperibus, deditq; nonnulli hæc
 re sibi obloquenti, actionemque suggillatam;

non minus acutum, quam gratiosum, ac charitate plenum responsum: *Quod si hæc quidem recte dici videntur, & minime Philosophicum esse librorum pretium postulare: tu mihi pecuniam solve, objectionem autem tuam solvent pauperes.* Bar. ann. 389. n. 43. Exemplum hoc ætate nostra egregiè imitatus est servus Dei Joannes Juvenalis Ancina Episcopus de Saluzzo, ideoque communiter appellatus Pater Pauperum.

In Canonibus Apostolicis præscriptum est; *Omnium rerum Ecclesiasticarum Episcopus curam gerat, & eam administret Deo intuente; ne liceat autem ex eis aliquid sibi vendicari, vel propriis cognatis quæ Dei sunt largiri.* Magnam semper habuit emphasim ac robur in verorum Ecclesiasticorum pectoribus, onus illud utendi redditibus illis, Deo intuente, dum sese reflectunt, oculosque vertunt ad præsentiam Dei. Narrat S. Laurentius Justinianus Patriarcha Venetus, quendam suum nepotem, qui non erat adeo pauper, à se petiisse ex charitate aliquam eleëmofynã, pro dotanda nubili filia sua, Sanctus autem Prælatuſ eandem ipsi negavit cū dicto: *In vita c. 6. Considera queso Frater, si parum dederò, non est, quo opus habes; si multum, defraudabo multos, ut uni satisfaciam; & præterea quidquid illud est, quod est,*

est, ad cibos potius pauperum, quam ad inter
crines, aut margaritas, ab Ecclesia traditum
Lib. 2. c. 6. vita. Et S. Thomas de Villanova
fuit circumpectus, tam providus, ac accur
tus in administratione proventuum Episco
palium, ut dum quodam tempore ex propo
sitis suis aliqui ipsum invisissent, paucis
diebus in palatio Episcopali dimorati fuissent
dato tandem viatico, quò in patriam redire
possent, illos dimisit; ut autem pauperibus
recompensaret id, quod etiam quasi pro ele
mosyna suis fuerat largitus amicis, subtra
xit id ipsum sibi ex victu suo necessario, non ob
stante quod & ætas & conditio ipsius, am
plius requireret nutrimentum, & etiam non
fuisse rogatus.

Ideo observat Petrus Blesensis, Ep. 102. No
titum fuisse in veteri lege, ne quis admitteret
ad sacrum ministerium, nisi prius divortium fecisset
ac recessisset à suis parentibus: *Nec in domo
Dei sacerdos, aut Levita eligitur, nisi dixerit
patri vel matri, nescio vos; Deuter. 33.* comen
tumq; hoc fundatum est super verba Moysi,
dum benediceret tribui Leviticæ: *Perfectus
est doctrina tua viro sancto tuo, qui dixit patri
suo, & matri sue, nescio vos, & fratribus suis,
ignoro vos, & nescierunt filios suos: hi custodierunt
eloquium tuum, & pactum tuum servaverunt.*

Noverat Moyses zelum illum, quem demonstraverant Levitæ in castigando Idololatrias Vituli aurei, non obstante quod stricta cognitione fuisset sibi conjuncti, debent enim Ecclesiastici omnem seponere respectum, altioresque esse quovis affectu, ubi agitur de honore Dei, suæve Ecclesiæ; *Præceptum evidens* (inquit S. Ambrosius) *quia præferenda est religio necessitudini, pietas propinquitati; ea est enim vera pietas, quæ præponit divina humanis.*

Plures aliæ in antiqua lege reperiuntur figuræ plane ordinatæ, ac directæ ad nostram instructionem, possumusque ex iis clarissimè perspicere, quantum horreat ac detestetur Deus in ministris altaris tenerum erga carnem & sanguinem affectum. *Exod. 28. v. 17.* Ordinavit Deus, ut in Rationali Aaronis duodecim includerentur lapides pretiosi, ast inter illos non numeratur Adamas, licet gemma sit in pulchritudine ac valore excellens super omnes alias. Similiter in fundamentis mysticæ Hierosolymæ, per quam præfigurata est Ecclesia, fecit mentionem S. Joannes in mysteriosa sua Apocalypsi, omnium aliorum lapidum pretiosorum, excepto Adamante. Rupertus Abbas *l. 3. in Zach. cap. 8.* utriusque hujus rei aperit reclusum myste-

MSI

MSI
Mysticæ

- 11

mysterium. Lapidem illi denotabant varias
 virtutes, quibus debet fulgere, ac adorne-
 rus esse Ecclesiasticus, sed quia Adamas, be-
 cet ad fortissimos hominum ictus non fran-
 gatur, si tamen hircorum adhibeatur san-
 guis, emollitur, ac rumpitur, atque in
 symbolum est affectus erga consanguinitatem
 ac parentelam, ideoque noluit DEUS, ut in
 habitu sacerdotali collocaretur, ut intel-
 geremus, quam alienus debeat esse à Ca-
 ro superfluum sanguinis ac consanguineorum
 amor ac affectus. Vaccæ illæ, quæ de-
 portarunt Arcam in Bethsames, non exposu-
 runt illam periculo, sicut fecerunt iu-
 ci illi in arca Nachor, sed recta procede-
 runt, nec in unam, nec in alteram desce-
 res partem, salvam conduxerunt. Jam
 rō, quis non credidisset illas pro remunera-
 tione non fuisse exemptas iugo, ac libertate
 donatas? Et tamen, non ita evenit. Aposto-
 in partes enim dissectæ igni impostæ fu-
 runt, perditō omni merito, quod liberati-
 lias lucratae fuissent, si incedentes in
 tam non demonstrassent temeritudinem
 affectum erga fœtus suos in stabulis relin-
 1. Reg. 6, v. 12. vitulos earum concluserunt domos
 verum quidem est, quod dicit sacer
 quod, *ibant in directum*, sed dicit etiam, qui in-

gentes, & mugientes, non poterant reprimere
maternum erga vitulos suos affectum ac in-
clinationem, licet portassent Arcam Domini.
Quot sunt, qui voluntariè humeros suos Ar-
ca supposuerunt, fatigarunt se in Evangelii
predicatione, infirmorum visitatione, zelo
Ecclesiasticæ disciplinæ, populi reforma-
tione, aliisque excellentibus functionibus, ita
ut insignem ac specialem quandam à Deo visi-
fuisse promeriti laureolam, verum unicus
immoderatus, tenaxque suam erga parente-
lam affectus sustulit omne meritum, perdidit
omnem gratiam, dissipavit, dejecitque omnia,
dumque suis extiterunt nimis blandi ac lenes,
facti sunt sibimetipsis crudelissimi. Non adeo
consentio veritati cujusdam visionis S. Lud-
gardis, licet à scriptoribus gravissimis relatæ;
verum, data illa, & non concessâ, quis non
videt quanto sese exponat periculo vir aliquis
Apostolicus, qualis erat Innocentius III. qui
intercessione Beatissimæ Virginis ab inferno
liberatus fuisset, ad ultimû tamen usq; extremi
judicii diem, ad purgatorii piaculares conde-
mnatus flamas, solummodo ob affectum inor-
dinatum erga cognator ac propinquos.

Respicendus erat, accuratèq; perpenden-
dus infans Heli summi Sacerdotis exitus,
qui improvisa sua, suorumque filiorum
morte,

Q

A 1151

A 1152

A 1153

A 1154

A 1155

A 1156

A 1157

A 1158

A 1159

A 1160

A 1161

A 1162

A 1163

A 1164

A 1165

A 1166

A 1167

A 1168

A 1169

A 1170

A 1171

A 1172

A 1173

A 1174

A 1175

A 1176

A 1177

A 1178

A 1179

A 1180

morte subtruncque in perpetuum sua
 familia summo sacerdotio, homo aliis
 Capax ac dignus, gravissimas teneræ suæ
 ga filios indulgentiæ, luit pœnas: *Honorat
 filios tuos plus quam me.* 1. Reg. 2. v. 19. Huius
 tam necessariæ à propinquis ac amicis aliena-
 tionis, insigne posteris reliquit documentum
 ac exemplum, Christus Dominus, ac Salva-
 noster, qui licet semper sese exhibuerit ob-
 quentissimum Matri suæ sanctissimæ, ac Pa-
 putatio sancto Josepho, per triduum tamē
 subtraxit Beatissimo illorū consortio, ut Pa-
 sui cœlestis obsequeretur voluntati, hæren-
 docens in templo: omnem quidem adhibe-
 runt diligentiam S. Joseph, ac Beatissima
 go, quærendo ipsum apud cognatos, ac nepo-
 tes, sed frustra; dicit enim S. Lucas Evangelistæ
*cap. 2. Requirebant eum inter cognatos, & non
 & non invenerunt; tunc autem tandem ipse
 repererunt, dum intraverunt templum, eos-
 rumque industriæ ac diligentiae responsio
 dicendo: Nesciebatis, quia in his qua Patris
 mei sunt, oportet me esse? Factumque hoc
 cationem sancto Bernardo in spec. discip. 2. c. 1. p. 1.
 hæc scribendi dedit: Quomodo te bonis
 inter meos cognatos inveniam, qui inter
 minime es inventus? Et Hugo de S. Caro
 dinalis S. Sabinæ de fuga seculi cap. 2. traxit
 eadē*

eadē actione, pro iis qui Clero adscripti sunt, documentum præstantissimum; *Parentes Domini, sunt Prælati; cognati eorum, sunt nepotes eorum, fratres, & consanguinei, inter quos revera non invenitur Iesus, quia non propter Iesum, sed propter carnis cognationē introducuntur in Ecclesiam, quasi jure hereditario possidere volētes unde dicunt in Psalmo. possideamus sanctuarium Dei.* Hinc S. Ambrosius, discurrens de hæreditate, quæ reservatur illis, qui adscripti sunt militiæ Clericali, ita infert: *Cui Deus portio est, nihil debet curare præter Deum, ne alterius impediatur necessitatis munere. Quod enim ad alia officia confertur, hoc religionis cultui, atq; hinc nostro officio decerpitur: hæc enim vera est Sacerdotis fuga, abdicatio domesticorum, & quadam alienatio Charissimorum.*

Ut hæcenus dicta magis confirmentur, non erit extra propositum, si non nihil nos reflectamus super solemnissimam electionem illam, qua Sacerdos æternus suum in Vicarium instituit S. Petrum: *Petre, super hanc Petram adificabo Ecclesiam meam, quod eodem quoque tempore ipsum à carne & sanguine pronuntiaverit extraneum: Caro & sanguis non revelavit tibi.* Hinc est, quod in electione summi Pontificis consanguinitas locum non habeat, sicut in electione

Q 2

etione

Etione aliorum Monarcharum, quorum
 unus succedit alteri hereditaria consequen-
 tia; unde dicit S. Leo: *Serm. 2. in anniver-*
sumpt. Hujus d. vini Sacerdotii sacramentum
per generationum tramitem currit, neq, quod
& sanguis creavit, eligitur, sed privilegio patris
& familiarium ordine pratermisso, eos Respon-
Ecclesia accipit, quos spiritus sanctus prapara-
it. Verum clarissimum hujus rei exemplum
 nobis reliquit Christus, dum à duorum Fratrum
 Joannis & Jacobi sollicitaretur matre, qua
 cet esset una ex Mariis, quæ ipsi ministrave-
 runt, *de facultatibus suis, & supra meritum*
 proxima agnata esset ex parte Beatissimæ Vir-
 ginis, dum inquam mater ista suis pro filiis
 peteret primas sedes regni, manifestâ re-
 pulsam, saluberrimam per hoc Ecclesie suae
 jusdemque Rectoribus relinquens doctri-
 nam, ne se ab affectu carnis & sanguinis sedu-
 ci permittant.

Opportunum est huic proposito id quod
 legimus in vita Patris Flaminii Ricci, sancti
 Parenti nostro congregationis oratorii Phi-
 lippo Nerio, plurimum dilecti, gratissimè
 quod cum summus Pontifex valde urgen-
 eidem obtulisset Episcopatum quemdam,
 autem constantissimè eundem recusaret, ubi
 intellexit Fratrem suum hoc in negotio fuisse
 cooperatum, eo magis alienatus fuit ab illius
 acci-

acceptatione, eidemque scripsit, se agrè tulisse, quod operam suam impendisset in hac sua promotione, hocque unum sufficere ut sibi hanc suam vocationem suspectam reddat, eo quod motivum ipsius, veniat à parentela.

Clemens IV. qui olim in aula S. Ludovici Regis Franciæ Advocatū egerat, aliquam diu vixit in statu conjugali, in eoque sua cum consorte duos habuit liberos, quos in Patria sua S. Agidio reliquit: Mortua conjugē ad scriptus est militiæ Clericali, ac tractu temporis ad summum cleri evasit apicem: constitutus in præ eminenti cellissimæque hac dignitate, scripsit Petro Grosso Nepoti suo, se eidem ex bonis Ecclesiasticis concedere tria millia Turonensium, putareque hoc sufficere, aut ad intrandū aliquem Religiosum ordinem, aut nubendū personæ alicui, statui ac conditioni suæ non inferiori. Ita agunt Ecclesiastici, qui vero Dei spiritu animati sunt, ac ducuntur; Et ideo si personæ sacræ nostri tēporis velint se totaliter liberare ab hujusmodi familiarium suorū incommodis, ac importunitatibus, statui suo ac vocationi plane contrariis, exempla hæc sequantur, agnoscantque pauperes Christi pro suis primogenitis, *Attichi. Hist. Car.* prout illos vocat Religiosissimus Cardinalis Paulus Aretius, & pro suis filiis, quo titulo illos compellavit Servus Dei Juvenalis

Q 3

Epi-